

ergo denegatur illis gratia, & fauor regni celestis. Ibant ad olei venditores, non pedibus, sed desiderio. Ibant ad emendum oleum, non affectu, & executione, sed proposito, & desiderio, non mirum ergo, quod exclusa maneat ad regno caelorum, quod non desiderio, sed opetum executione obtinetur. Vide supra cap. 39. num. 20. 21. 22. & cap. 49. n. 46. 47. 48.

111. Paschal.

Tertio. D. Paschal. lib. 11. Ne habentibus oleum, vel in extremo ornantibus lampades suas diceret, Nescio vos, quia estis. Nec enim scribitur, quod cum lampadibus ornatis venerint, quia si fieri posset, ut nunquam diceret, Nescio vos. Clamant verbis, Domine, Domine aperi nobis, at verò quod oleum attulissent, nunquam legitur, nuda verba sine operibus, Christo Domino non placent, si enim verbis operationum oleum adiungerent, in illa etiam extrema hora non repudiarentur. Quarto. Claudatur ostium, ut Dominus abscondat oculos, denegat aspectum, & ut absque venia vlla inferatur supplicium, nam si Dominus suis oculis videret, misericordiam impenderet, ut ergo in sua exclusionem vltimam desperationem ebibant, luce diuinorum oculorum priuantur.

112. Hieron.

Tertio. D. Hieron. apud D. Thom. Quis que pro suis operibus mercedem accipiet. Prudentes ingreditur ad nuptias, à quibus excludantur fatuæ. Quod prudentes ingrediantur ad nuptias miræ suauitatis, ac dulcedinis est. D. Gregor. Papa: O si sapere in cordis palato possit quid dulcedinis habet, intrauerunt cum eo ad nuptias. Quod verò fatuæ sint exclusæ, & ianua clausa dura, & rigida amaritudinis est.

Gregor.

113. In caelo ascenditur munitio aurum nitentis.

Quandiu lampades erant extinctæ, quod Virgines fatuæ non admitterentur ad nuptias sto; at verò postquam adueniunt ipsis lampadibus luculentibus, ac exornatis, ut notat Abulens. quod excludantur, & ianua iremissibiliter sit clausa, res valde mirabilis. Porta caeli erat, & illa indigna ut admitterentur, ac proinde quamuis adueniunt fulgentibus manibus, ac plenis non fuerunt ingressæ; si enim esset ianua huius sæculi quamuis immerita reperirentur, cum plenis manibus niterent, statim esset illis aperta, & patens ianua, ut admitterentur.

114. Apocal. 17.

Vidit Ioannes duas mulieres: Vnam sedentem super bestiam coccineam, qua habebat capita septem, & cornua decem; & statim additur, Et mulier erat circumamicta purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, Apocal. 17. n. 4. Et quænam esset hæc mulier, quæ cum tanto apparatu ferebatur, statim explicatur: Erat Babylon magna mater fornicationis, & abominationum terra. Extabat enim mater, ac generatrix sensualitatis, abominationum, ac omnium vitiorum totius terræ. Cap. v. r. d. n. 1. ait, quod mulier apparuerit in caelo: Amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et postea subditur: Ecce draco magnus, & rufus habens capita septem, & cornua decem, & draco stetit ante mulierem, qua eras paritura. Apocal. 12. n. 4. & inferius dicitur, Et draco persecutus est mulierem, que peperit masculum. Mulier erat vestita Sole, & Luna, ac coronata stellis omnium virtutum, & contra ipsam insurgit draco ad eam deuorandam. Ex quo magna insurgit dubitatio. Mulier illa prima Babylonica dicta mater fornicationis, abominationum, ac omnium vitiorum fertur sedens super bestiam, & mulier altera nitens splendore Solis, Lunæ, Stellarum omnium virtutum, ac donorum, multam à

dracone patitur aduersitatem. Vnde tanta discriminis ratio: Babylonia quamuis mater abominationum composita erat auro, & lapidibus pretiosis, cum ergo ipsa multa haberet, ut daret, ac subornaret, inde à bestia, à mundo nempe extollitur, & sublimatur; at verò mulier amicta Sole, verum est quod nitebat omni virtute, merito, ac dono, tamen cum non possideret aurum, argentum, ac lapides pretiosos, ut largiretur, ac clam submitteret, inde multam aduersitatem, ac vexationem à dracone, mundo nempe sustinet, & patitur.

Abundus venatur virtutia sub auri splendore, suo illo merita persequitur.

QUESTIO XX.

Quare Virgines fatuæ clamant non Sponsum, sed Dominum, dicentes: Aperi nobis?

APPE in tota hac parabola introducitur Dominus sub nomine Sponsi: Exierunt obviam sponso, & sponsa. Iterum: Media nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit. Deinde: Damrent emere, venit Sponsus. Cur ergo in presenti non sponsum, sed Dominum vocant. Non dicunt: Sponse, Sponse, sed Domine, Domine. Iusto sanè iudicio se proprio ore ab amantissimo nomine sponsi priuant, Dominum dicentes, eius supremam potestatem in ipsis excludendis recognoscunt.

115. Impium proprio ore se damnat.

116. Sine charitate damnatur homo.

117. In Dominum non verò in ministro salu.

Bis pro magno affectu Dominum clamant, non verò ter; semel dicunt Domine in fide, iterum Domine in spe; & quia defecerunt tertio, ut dicerent Domine in charitate, inde excluduntur à nuptiis, & damnantur. Ut supra dixi quæst. 16. num. 91.

Et dicunt: Aperi nobis. Potius videbatur dendum, mitte vnum ex seruis tuis aperire nobis. Et primò sic loquuntur ex insipientia, quæ fatuæ erant, & debitam reuerentiam cum decente vrbannitate nesciebant Domino referre. Secundò. Ex quadam astutia sic loquuntur, quia iudicabant, quod in sua necessitate non poterant habere remedium, ac subterfugium in seruo, sed tantum in Domino. Vnde supra cap. 13. n. 15. & cap. 34. n. 51. Tertio. Domine Domine aperi nobis, ac si dicant Domine aperi nobis, fac ministri officium, ut nobis ianuam aperias, agnoscebant enim, quod ut ipsæ ascenderent, conueniens erat, ut Dominus descenderet; ex superiorum descensu paratur inferiorum ascensus. Vide supra cap. 5. num. 110. & cap. 23. n. 6.

118. Chryso.

Oratio sit est humilitatis.

Quarto. D. Chrylost. homil. 22. Respice mihi, ait, quinque virgines exclusas; & quales pro ipsis non deprecata. Propterea quod seruato magno virginitatis munere, mandatum humilitatis paruum non custodierunt. Clamant fatuæ Virgines, Domine aperi nobis, & non exaudiuntur, clamat & mulier Chananaea pro filia suæ salute, & audit à Domino, Fiat tibi sicut vis. Quænam huius rei causæ Chananaea clamabat cum multa humilitate: Clamat post nos, Matth. 15. n. 23. Et iterum se catellis comparat: Etiam ocellis edunt de micis, que cadunt de mensa Dominorum suorum. Ex humilitate exauditur Chananaea, at verò hæc Virgines ex fastu superbiæ virginitatis, inde excluduntur, ac reiciuntur, eisque ianua clauditur. Vide supra cap. 2. num. 97. 98. 99.

Matth.

Matth. 25. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.

Num. 13. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

VERSIONES.

Syriacus. Amen ego dico vobis, non noui vos.

D. Chrysof. Abite nescio vos. homil. 79.

Auct. Imperf. Nescio vos, qui estis. homil. 52.

Syriac. n. 13. Nescitis diem illum, neque horam.

Vatabl. addit. Quia filius hominis veniet. EXPOSITIO VI.

119.

MEN dico vobis. Afferuatione vitur, Nescio vos. Secundum Theologos nouos, & antiquos, verbum sciendi hoc loco, non cognitionem, sed affectum declarat, negatque scientiam approbationis, id est, non approbo vos, nec agnosco pro filiis meis, ac ouibus meis; nouit enim Dominus, qui sunt eius.

120.

Vigilate itaque. Hic ponitur finis, & scopus totius parabola, ut scilicet fideles omnes stimulentur ad vigiliam, ac studium honorum operum quibus conueniant ad diem mortis, ac iudicii, cuius articulus determinatus omnino ignoratur. D. Gregor. Magn. homil. 12. Apte quoque, ait, generalis ad discipulos exhortatio subinfertur, cum dicitur, vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam, quia post peccata Deus penitentiam suscipit: si sciret quisque de presenti seculo, quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud penitentia aptare potuisset, sed quia penitenti veniam sponduit, peccanti dicitur crastinum non promitti: semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possimus prauideri.

Gregor.

QUESTIO XXI.

Quare ipse Dominus virginibus fatuas respondet: Nescio vos?

121. Deum cum punit, honorat.

ARTIS Virginitas pulcherrima non respondet seruis aliquis, sed ipse Dominus, voluit extremum hunc honorem virginitati deferre, ut non seruis aliquis, aut hostiaria ancilla, sed ipse Dominus illis daret responsum, ac extrema verba diceret; cum enim excluderentur, illis tamen aliqualem honorem denegare noluit. Antequam Adamus eiceretur de paradiso: Fecit quoque Dominus Deus Ada, & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, Gen. 3. n. 21. Chaldaeus legit: Vestimenta honoris. Eiciuntur; exeant aliqui honoris decore conspicui.

Gen. 3.

Chaldaeus.

122.

Chrysof. Durum verbum rigidissimum gehenna.

Euseb.

Respondet primò D. Chrysofom. in presenti: Nescio vos, ait, gehenna durius hoc verbum fuit. Ab sponso blanditiæ sperabantur, at quod ab eo procedant tot rigores ianua clausa, duto verbo, nescio vos, quod grauissima pena, & durissimum omnium tormentorum est. Secundò. Euseb. homil. 2. de Epiphania: Nesciuntur à Deo, ait, qui Deum scire noluerunt. Qui male operando Deum scire Sylueira in Euang. Tom. I V.

noluerunt, ipse Deus omniscius, eos nescire perhibetur. Vide supra cap. 24. n. 59. 60. 61. 62.

Tertio. Quomodo dicis Domine, Nescio vos. Nescis & damnas, ignoras, quod punitis; iniustissime castigatur ille, qui & ignoratur. Nam dum ignoratur persona, damnationis demeritum non bene cognoscitur. Ut dixi in expositione ex Maldonato, & docent communiter omnes Theologi noui, & veteres, Sciendi verbum hoc loco, non cognitionem, sed affectum declarare; ac proinde, nescio vos, id est, non amo vos. Ex quo insurgit magna dubitatio; nam sicut scientia, aut ignorantia spectant ad intellectum, sic etiam amor ad voluntatem, cur ergo in presenti dicitur intellectu non amare, & non potius voluntate, nam nescio vos, id est, non amo vos. In nobis voluntas caeca potentia est, ut ergo innotescat quam excellens sit amor huius celestis spūs dicitur intellectu amare; quia tam prudens, ac rationalis est eius amor, ac si non à caeca voluntatis facultate, sed ab ocula, & perspicaci potetia intellectus procederet.

123.

Maldon.

Amor sit prudens, ac rationalis.

124.

Index ignoret personam.

125.

Matth. 27.

Hebr.

Aponius.

Quarto. Cur eas non redarguit, earumque crimina illis obiicit, sed tantum ait: Nescio vos, de creuit potius sibi inscientiam adscribere, quam eas acri, ac duro verbo affligere, eorumque crimina aperte dicere, ac proflare. Quintò. Nescio vos, ait, non de sanctia, sed de æquitate iudicis, ut perfectum iudicem impleteret, qui non respicit personam, ac si eam penitus ignoraret.

De vltimo iudicio differens Dominus, ait: Multi dicunt mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, Matth. 7. n. 22. maxime expendendum est illud: Nunquam noui vos. Deus est omniscius, de ipso ait Paulus ad Hebr. 4. num. 13. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. Quomodo ait: Nunquam noui vos. Nunquid damnat, quos ignorat; minimè. Cum tamen personam iudicis agit, non solum cum sententiam profert, sed cum eorum opera proponuntur, ac examinantur, sic se habet abque aliquo odij, vel amotis affectu, ac si nunquam personas vidisset, ac agnouisset, prædicta verba late ponderans Aponius lib. 1. in Cantic. post medium, sic ait: Quid tam rectum nisi, ut in iudicando nulla veritati prapronatur persona. Vide hoc tom. & superioribus Verbum Index.

CAP. LII.

Talenta distributa.

Matth 25. Sicut homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.

Num. 15. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnique secundum propriam virtutem, & profectus est statim.

HHhh VERSIO

VERSIONES.

Syriac. n. 14. Sicut enim vir, qui peregre profectus est, vocavit famulos suos, & tradidit eis possessionem suam.

Orig. hom. 33. Homo quidam peregre. D. Hilar. Tradidit illis substantiam suam.

Franc. Luc. Facultates suas. ex Graco.

Vatabl. n. 15. Et huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum: vnicuique secundum suam facultatem, & peregre profectus est statim.

Arabicus. Vnicuique iuxta posse virtutis suae.

Alj ex Graco. Secundum propriam potentiam, seu dexteritatem.

EXPOSITIO I.

I. Sicut homo peregre. An vero haec parabola sit distincta ab ea, quam narrat D. Luc. 19. num. 11. Diversas esse docent D. Chrylost. homil. 79. Abulens. quaest. 90. Iansen. Salmeyron, Barrad. & alij. Vnam, & eandem esse tenet Maldonat. adducens pro se D. Ambros. & Hieron. Et quamvis concedatur, quod sint diversae, sunt tamen valde similes, vt omnes fatentur; nam quod hic dicitur talentum, apud Lucam dicitur mna, nomen Hebraicum est, & significat certum, ac definitum auri, seu argenti pondus.

2. Sicut homo. Illud sicut respicit proximè dicta. Vigilate ergo. Ahortamur, vt singuli vigilemus, laboremus, ac in iniuncto munere strenuè nos exerceamus. Peregre profectus. Mox in longinquum profecturus. Vocavit seruos suos. Conuocauit ad se non familiares delicatos, sed seruos laboribus asuetos. Tradidit illis bona sua. Vt exprimit D. Luc. 19. n. 13. dicens: Negotiamini dum venio. Dedit illis bona sua, non vt expendere, ac profunderent pro libito, sed vt ipsi Domino suo lucrum referrent; & qui seruierant peccato lucrando, ac fructum faciendo seruiant iustitiae. Vt ait D. Ambros. serm. 30. Emat sibi innocentiam, qui sibi emerat aliquando peccatum.

3. Et vni dedit quinque talenta. Ex suis propriis bonis. Quidam esset talentum supra explicauit cap. 12. q. 1. Talentum autem aliud erat aureum, aliud argentum, aliud æreum: omnia hæc æqualis erant ponderis, sed disparis pretij; quænam essent hæc talenta an aurea, vel argentea, non explicatur in textu. Quia cum hæc sint talenta gratiæ, superant omnem temporalem æstimationem: Alij vero vnum. Quamuis bene præuideret inutilem seruum nihil lucraturum, tamen dat ei suum talentum, vt eum à sua opinione dissuaderet, si enim nihil ei datum fuisset, conquereretur dicēs, quod ex eo nihil negotiauit, quia nihil ei commissum est, vt ergo eum ab hac opinione dissuaderet, dat ei vnum talentum. Secundum propriam virtutem, id est, secundum facultatem, capacitatem, ac proportionem vnicuiusque. Et profectus est statim. Seu vt habet Vatablus: Peregre profectus

Gratia talenta excedunt omnem creatam æstimationem.

Vatabl.

est statim. Vt seruorum erga Dominum suum probaretur fides. Nam vt ait Imperfectus homil. 53. Seruus fidelis absente Domino probatur.

Imperfect.

QUESTIO I.

Totius parabola sensus explicatur.

HOMO hic Christus Dominus est, profectus tanquam peregre cum in cælum ascendit, veluti longo tempore à terra, ac Ecclesia presentia corporali abfuturus, vt explicant Origenes, D. Hieron. D. Paschas. Beda, Haymon, & alij communiter. Vocavit seruos suos, id est Christianos ex nihilo in humanam naturam, de Christianis hic præcipuè habetur sermo, sicut & in præcedenti parabola de decem Virginitibus, vt notant Iansen. Maldonat. Barrad. Vocauit enim eos ad fidem, & Ecclesiam. Tamen parabola præcipuè tribuendam esse pastoribus, præceptoribus Ecclesiæ docent Euthym. Theophyl. Lyran. Carthuf. & alij.

Origens. Hieron. Paschas. Beda. Haymon.

Iansen. Maldon. Euthym. Theophyl. Lyran. Carthuf.

Deus sua dona per plures diuidit.

1. Cor. 12.

Ephes. 4.

6. Gregor.

Philo.

7. Quid significatur sub talenti nomine.

Imperfect. Anastas. Euthym. Haymon. Alb. Maga. D. Thom.

Et vni dedit quinque talenta, alij vero duo, alij vero vnum. Non vni dat omnia talenta, sed pluribus, per eosque diuidit multa, & varia dona, vt variis in locis explicat Apostolus 1. Cor. 12. n. 7. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem; alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ; alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum; aliter fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum in vno spiritu, &c. Ad Ephes. 4. n. 11. expendens illud. Dedit dona hominibus, ait: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores. Ex quo constat, quod Deus variam donorum mensuram per suos distribuatur, ita vt alij alios excellant, nemo tamen est, quod aliqua Dei dona non accipiat, vt patet in presenti, nam inuilem seruum non prætermisit Dominus, sed etiam ei suum dedit talentum.

Vt notat D. Gregor. homil. 9 in Euang. Nullus enim est, ait, qui veraciter dicat, talentum minimum accepit, non est vnde rationes ponere cogat. Talenti enim nomine cuiuslibet pauperi, etiam hoc ipsum reputabitur, quod vel minimum accepit. Deus enim benignitatem suam omnes diffundit. Pro quo facit id, quod elegit, ait Philo lib. 1. Allegor. legis: Benignus cum sit Deus, largitur bona omnibus etiam non perfectis, imitans eos, vt amulatores virtutis, atque participes fiant, ostentansq; immensas diuitias suas, quod sufficiant etiam his, qua non magnam utilitatem inde capiunt, quoties enim pluit in mare, fontes producit in locis desertissimis, tenuem, & asperam, sterilemque, terram rigat, inundans fluminibus, quid aliud exhibet, quam magnitudinem diuitiarum benignitatis suae.

Quid verò talenti nomine significetur, maxime dubitatur, & breuiter ad tres classes reduco. Primò intelliguntur dona gratiæ gratum facientis, vt sunt ipsa gratia sanctificans, fides, spes, charitas, patientia, cæteræque virtutes; tum etiam gratiæ gratis datæ, vt potestas faciendi miracula, donum linguarum, ac prophetia. Ita Auctor Imperfectus homil. 53. Anastas. Episc. Nicen. q. 84. in Scriptur. Euthym. Haymon, Albert. Magn. D. Thom. Ad hanc etiam gratiam gratis datam pertinent concedita eloquia Dei, ipsum nempe Euangelium, ac Verbum Dei, prout Doctoribus exponendum, ac annuntiandum committitur. Vt

Vt interpretantur Iustin. in Dialog. contra Tryphonem, Origen. homil. 33. Hilar. can. 27. D. Chrylost. homil. 79. Theophyl. Ad hanc etiam classem pertinent Ecclesiasticæ dignitates, vt Apostolus, Pontificatus, Episcopatus, Sacerdotium, vt docent Carthusian. Hugo, Abulens. quaest. 118. Cornel. & alij.

Secundò. Intelliguntur etiam sub nomine talenti naturæ dona, præclarum ingenium, felix memoria, subtile iudicium, firma sanitas, corporis robor, prudentia, scientia, industria, eloquentia. Ita D. Hieron. D. Paschas. D. Gregor. homil. 9. Interlin. Lyran. citat. Abulens. Tertio, denotantur etiam externa bona, vt diuitiæ, magni honores, magnificus status, sæculares dignitates, vt imperium, regnum, magistratus. Ita D. Chrylost. & alij.

Dicitur etiam in parabola: Dedit vnicuique secundum propriam virtutem. Hoc ad elegantiam parabola pertinet; solent enim homines prudentes sua distribuere per seruos ad lucrandum spectata singulorum industria, ac solertia, quamuis in distributione talentorum Dei hoc non fiat: certum est enim contra Pelagianos primam gratiam, ac supernaturalia dona non dari secundum naturales vires, ac merita; imò indubitatum est nullam esse in natura dispositionem ad gratiam.

Deinde cum dicitur: Dedit vnicuique secundum propriam virtutem, id est, potentiam; Deus enim nõ requirit à nobis impossibilia, nec petit aliquid super vires nostras, sed secundum vires ex eius munere profectas, ex eiusque gratia, ac auxilio adiutas, ipse enim facit, vt liberè faciamus, ac fideliter ei seruamus, & fecit nos etiam idoneos ministros noui testamenti, vt ait Apostolus 2. Corinth. 3. n. 6.

Tandem moralissimè dicam ex Origen. tract. 33. in Matth. Vnicuique secundum propriam virtutem. Alia fuit virtus eorum, quibus data sunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus vnum. Maior fuit virtus eorum, quibus quinque talenta data sunt, nam ex tanta æstimatione apud Dominum habita, ex tantæque muneris largitate prouocatur ipsa natura ad maiora virtutum incrementa, & quodammodo obligata manet ad maiora sui monumenta edenda; Dedit vnicuique secundum propriam virtutem. Quæ ex Dominæ æstimatione, ac dignitate impensa excitatur ad summa facinorosa, ac proinde, qui maiora talenta accepit, plus virtutis est operatus, secus verò, qui exiguum, ac vnum talentum tantum.

Post creatas res materiales huius sæculi verbi gratia, Lucem, Solem, Lunam, Stellas, animalia, & plantas, ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, Genes. 1. n. 26. In aliorum creatione dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & etiam fiant luminaria magna, at ad hominis creationem ad concilium conuocantur omnes tres diuinæ personæ, vt hominis formatio præstantissimum Dei opus ostendatur; deinde vt eius excellentia maxime commendetur, dicitur: Factus ad imaginem, & similitudinem. Vt ex tanta æstimatione sui creatoris erga hominem, ex tantæque dignitate in eum collata ipse maxime pigroratus, ac obligatus in Dei sit obsequio, si enim insensibilia promptissimè Deo obediunt, quanto magis ei obtemperare tenetur homo, cum præcipua Dei cura ostendatur. N. D. Cyrill. Alex lib. 2. contra Iulian. Apostatam: Optimus Moyses, ait, dispensatiue quodammodo cum concilijs præmissis honoratum esse hominem dicit, & vt designet, quod Sylueira, in Euang. Tom. IV.

Iustin. Orig. n. Hilar. Chrylost. Theophyl. Carthuf. Hugo. Abulens. Comel. 8.

Hieron. Paschas. Gregor.

9. Secundum propriam virtutem.

10. Deus non requirit impossibilia.

11. Origen.

Ex magna æstimatione prouocatur natura.

12. Gen. 1.

Ex dignitate impensa obligatur homo.

Cyrill.

non simplicem, & vt quis diceret, posset ab alijs differentem naturam asserat, sed diceret rem, qua multum Deo cura sit.

Prouocatur Ioseph ab Ægyptiaca ad execrabile adulterij scelus, repugnat ipse dicens: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditus ignorat quod habeat in domo sua: nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, quomodo ergo possum hoc malum facere. Gen. 39. n. 8. Adulterio, pœna mortis est iniuncta, & regnorum perturbationem secum adducit. Nam vt ait Erid. Forner. Episcopus Ebronens. Concil. 2. in Psal. Miserere mei. Vnicum adulterium Paradis cum Helena totam Græciam bellorum tumultibus adimpleuit, & Troiam funditus euertit. Et vt etiam notant Philo Iudæus lib. de Decalog. & D. August. lib. 5. de Nupt. & concup. Adulterium infamiam, ac honoris ignominiam tam personæ, quam generis parturit. Cur ergo Ioseph impudica femina non obiicit periculum vitæ, ac honoris dedecus, quod præstantissimos viros solet cohibere; firmissimè apud se statuit, quod vehementius eum à tanto scelere auertebant, non imminens periculum vitæ, non honoris iactura, sed tanta Domini sui fides sibi credita. Nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi. Fauet D. Bernard. serm. 13. in Cantic. Cum domum, ait, & omnia bona Domini sui sibi credita sciret Ioseph, Dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acquieuit contingere mulierem, nouerat gloriam esse viri, & iniquum sibi iudicauit vice contraria ingloriosum facere eum, qui se fecerat gloriosum. Expende: Cam sciret omnia sibi credita, ob hoc non acquieuit contingere mulierem.

12.

Gen. 39.

Erid.

Philo. August. Ex fide credita pignorat vir nobilitati.

Bernard.

QUESTIO II.

Quare in presenti Christus Dominus dicitur homo tantum, & non Rex, vel Pater?

HOMO iste, qui peregre profectus dicitur Christus Dominus est, vt dixi superiori quaest. in limine, & docent D. Chrylost. D. Hieron. D. Paschas. Haymon, Eusebius, & alij. Quæstio præsens est, cur aliis in parabolis comparatur agricolæ seminatori. Exijt qui seminare seminare semen suum, Luc. 8. Et homini patrifamilias, Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam, Matth. 20. num. 1. Et iterum regi, Qui fecit nuptias filio suo, Matth. 22. n. 2. At verò hic homini tantum comparatur. Sicut homo peregre profectus. Et augetur difficultas, quia Christus Dominus loquitur hic de gloria, ac honore resurrectionis coronato, & in æthera iam scandente. D. Hieron. Homo iste, ait, Paterfamilias haud dubium, quoniam Christus sit, qui ad Patrem post Resurrectionem victor ascendens, vocatus Apostolis, doctrinam Euangelicam tradidit. Et D. Chrylost. in Imperf. homil. 53. Homo peregre, ait, profectus Christus est, post victoriam passionis ad patrem iturus. Cur ergo in tanta gloria maiestatis, non vocatur Rex, Princeps, Dominus, sed homo, quod quidem nomen vulgare, & abiectum est, & quempiam ex infinitis significat.

Respondeo primò. Quod hic magnum nobis datur Saluatoris documentum, qui cum in eximio decore, ac in supremæ potestatis splendore floret, humilis suæ substantiæ immemor non est, & occultæ gloriæ appellatione, eam prodit, quæ humilitatis

13.

Chrylost. Hieron. Paschas. Haymon. Euseb. Luc. 8.

Matth. 20. Matth. 22.

Ratio diffinitiva.

14.